

**Examen VWO**

Vorbereidend  
Wetenschappelijk  
Onderwijs

19 | 90

Tijdvak 2  
Vrijdag 15 juni  
14.00–17.00 uur

Tekstboekje

## Tekst 1

1 Carmine dum tali silvas animosque ferarum  
2 Threïcius vates et saxa sequentia ducit,  
3 ecce, nurus Ciconum, tectae lymphata ferinis  
4 pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt  
5 Orphea percussis sociantem carmina nervis.  
6 E quibus una leves iactato crine per auras  
7 „En” ait „en, hic est nostri contemptor!” et hastam  
8 vatis Apollinei vocalia misit in ora,  
9 quae foliis praesuta notam sine vulnere fecit;  
10 alterius telum lapis est, qui missus in ipso  
11 aëre concentu victus vocisque lyraeque est,  
12 ac veluti supplex pro tam furialibus ausis  
13 ante pedes iacuit.

Dan vertelt de dichter, hoe de Bacchanten naderbij komen. Door hun gejoel overstemmen zij Orpheus' gezang zozeer, dat de magische kracht ervan gebroken wordt. Bovendien grijpen ze niet alleen meer takken en stenen, maar ook landbouwwerktuigen om daarmee Orpheus te lijf te gaan.

14 Quae<sup>1)</sup> postquam rapuere ferae cornuque minaci  
15 divulsere boves, ad vatis fata recurrunt  
16 tendentemque manus et in illo tempore primum  
17 irrita dicentem nec quicquam voce moventem  
18 sacrilegae perimunt, perque os, pro Iuppiter!, illud  
19 auditum saxis intellectumque ferarum  
20 sensibus in ventos anima exhalata recessit.  
21 Te maestae volucres, Orpheu, te turba ferarum,  
22 te rigidi silices, tua carmina saepe secutae  
23 fleverunt silvae; positis te frondibus arbor  
24 tonsa comas luxit. Lacrimis quoque flumina dicunt  
25 increvisse suis, obstrusaque carbasa pullo  
26 naïdes et dryades passosque habuere capillos.  
27 Membra iacent diversa locis, caput, Hebre, lyramque  
28 excipis, et (mirum!), medio dum labitur amne,  
29 flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua  
30 murmurat exanimis, respondent flebile ripae.  
31 Iamque mare invectae flumen populare relinquunt  
32 et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi;  
33 hic ferus expositum peregrinis anguis harenis  
34 os petit et sparsos stillanti rore capillos.  
35 Tandem Phoebus adest morsusque inferre parantem  
36 arcet et in lapidem rictus serpentis apertos  
37 congelat et patulos, ut erant, indurat hiatus.  
38 Umbra subit terras et, quae loca viderat ante  
39 cuncta recognoscit quaerensque per arva piorum  
40 invenit Eurydicen cupidisque amplectitur ulnis.  
41 Hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo,  
42 nunc praecedentem sequitur, nunc praevius anteit  
43 Eurydicenque suam iam tutus respicit Orpheus.  
44 Niet ongestraft evenwel liet de god deze misdaad passeren:  
45 treurend over 't verlies van de man die zijn dienst had bezongen  
46 kluisterde Bacchus terstond in het bos alle Thracische vrouwen  
47 die deze zonde gezien hadden vast met kronkelige wortels.  
48 Want hij boog elk van hun tenen, zo ver die zich uit lieten rekken,  
49 neer en dreef ze in de grond, de spits in de aarde verankerd.

*Ovidius, Metamorphoses XI, 1-13 en 37-72*

noot 1

met „quae” worden de landbouwwerktuigen aangeduid.



## Tekst 2

1 Bij Bacchus' riten, in nacht'lijke orgie, is Orpheus  
2 verscheurd; zijn lichaam lag verstrooid over de velden.  
3 En nòg, toen van de marm'ren hals het hoofd gescheiden  
4 mee met de Hebrus dreef en wentelde in zijn wieling,  
5 bleef toch „Eurydice” de stem, het stervend spreken,  
6 „arme Eurydice” het wijkend leven roepen;  
7 „Eurydice” weerkaatsten langs de stroom de oevers.

*Ida Gerhardt, Het Boerenbedrijf, IV 520–526 (Vergilius Georgica, IV, 523–527)*

## Tekst 3

1 Pausanias seght dat de Thracische Vrouwen droncke wesende hem doodden om dat haer  
2 Mannen achter hem liepen om zijn spel te hooren dat weynigh ghelijckenis heeft. (...)  
3 Ander segghen dat Venus de Thracische Vrouwen so op Orpheum verliefte maecte dat  
4 elck hem willende hebben in desen twist hem aenvallende so elck om 't langste trock dat  
5 hy van hen heel in stucken gescheurt wert. (...)  
6 Veel minder ghelijckt 't ghene onsen Poet een weynigh aenroert dat hy den Thracische  
7 soude hebben gheleert een grouwlijcke wellusticheyt:  
8 waerby ander voeghen dat hy nae 't overlijden van Eurydice verachtete<sup>1)</sup> de liefde van  
9 alle ander Vrouwen, willende Wewener<sup>2)</sup> blijven, sonder hertrouwen, ontradende yeder  
10 oock te trouwen, bewijsende dat een Vrouw, sy mocht goet oft quaet heeten, was niet als<sup>3)</sup>  
11 een schaedlijk quaet in deser Weerelt.

*Carel van Mander, Wtlegginge op den Metamorphosis Pub. Ovid. Nasonis, Fol. 84,  
(Verscheyden meeninghen van de doot Orphei)*

noot 1 verachtete = verachtte

noot 2 Wewener = weduwnaar

noot 3 was niet als = niets anders was dan

## Tekst 4

1 Tertius aequoreis inclusum Piscibus annum  
2 finierat Titan, omnemque refugerat Orpheus  
3 femineam Venerem, seu quod male cesserat illi,  
4 sive fidem dederat: multas tamen ardor habebat  
5 iungere se vati: multae doluere repulsae.  
6 Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorem  
7 in teneros transferre mares citraque iuventam  
8 aetatis breve ver et primos carpere flores.

*Ovidius, Metamorphoses, X, 78–85*

## Tekst 5

1 De speelse dichter van de liefde, die zijn disticha voortdurend opsiert met reminiscenties  
2 aan goden en heroën, schrijft daarna een epos van goden en heroën, waarbij de liefde  
3 steeds blijft meespelen. Hij bevrijdt zich eerst van Cupido, en gaat een  
4 stapje-hoger-plus-één-versvoet-meer, en laat (...) Cupido weer binnen.

*M. d'Hane-Scheltema, Ovidius, die speelse dichter*

## Tekst 6

### Inleiding

De godin Minerva wil de goede verstandhouding tussen twee zusters verstoren. Zij besluit daartoe de hulp in te roepen van Invidia, de Afgunst. In de onderstaande passage wordt het bezoek aan het huis van de Afgunst beschreven.

### Tekst

1 Protinus Invidiae nigro squalentia tabo  
2 tecta petit; domus est imis in vallibus huius  
3 abdita, sole carens, non ulli pervia vento,  
4 tristis et ignavi plenissima frigoris et quae  
5 igne vacet semper, caligine semper abundet.  
6 Huc ubi pervenit belli metuenda virago,  
7 constitit ante domum – neque enim succedere tectis  
8 fas habet – et postes extrema cuspide pulsat.  
9 Concussae patuere fores; videt intus edentem  
10 vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,  
11 Invidiam visaque oculos avertit. At illa  
12 surgit humo pigre semesarumque relinquit  
13 corpora serpentum passuque incedit inerti;  
14 utque deam vidit formaque armisque decoram,  
15 ingemuit vultumque ima ad suspiria duxit.  
16 Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.

*Ovidius, Metamorphoses II, 760–777*

### Aantekeningen

- regel 1 **squalere** vuil zijn  
**tabum** gif
- regel 2 **petit** Subject *Minerva*.  
**huius** Verbinden met *domus*.
- regel 4 **ignavus** verlamdend  
**quae** Antecedent is *domus*.
- regel 6 **belli** = *in bello*.  
**virago** krijgshaftige jonge vrouw
- regel 8 **fas habere** het gepast vinden
- regel 10 **vipereus** slangen-  
**vitiorum alimenta suorum** Uit het gif van adders brouwt zij haar eigen gif.  
**vitia -orum** kwaadaardigheid
- regel 11 **visā** Vul aan *Invidiā*.
- regel 12 **semesus** half opgegeten
- regel 15 **vultumque ima ad suspiria duxit** zij vertrok haar gelaat in een diepe zucht

Einde